

pañum a contrahentibus emptio, & venditio appo-
 sitionem ad hoc ut, nisi intra certum tempus emptor sol-
 verit pretium, nulla sit ipsa emptio, & venditio. *Est
 in re communitis, & patet ex l. 2. § 5. ff. de lege com-
 missoria, & cap. Significante 7. de pignoris, ubi vo-
 catur pactum commissoria. Si emptor determinato
 per pactum tempore pretium non solvit, dicitur lex com-
 missa, & statim ipso jure res ad venditorem redit; l.
 4. fin. ff. de lege commissor. Communis. Etiam si emptor a ven-
 ditore ad solvendum non moneatur, aut interpelleretur;
 leg. Si fundus 4. §. final. de lege commissor. In hoc enim
 dies interpellat pro homine; leg. Magnam 12. Cod. de
 contrahend. & commut. stip. (Vid. add. hinc. novis. in fin.
 verb. Emphyteusis.) Immo non solum res ipsa iterum
 redit ad venditorem, sed etiam fructus interea ab em-
 ptore percepti, & reliqua commoda, vel accessiones rei
 eidem venditori restitui debent; l. Si fundus 4. §. l. Fun-
 dus 5. ff. de l. commissor. quia ut ibi dicitur textus, nihil
 penes cum residere oportet ex re, in qua fidem fecerit.
 Venditor tamen lege commissoria, seu pretio per em-
 ptorem, statuto tempore, non soluto, habet in sua li-
 bertate, vel pretium adhuc petere, vel rem venditam
 una cum fructibus repetere, dummodo statim se resol-
 vat, & semel alterutro electo, non amplius variet; tex-
 tu expresso in l. Si fundus 4. ff. de lege commissor. ibi:
 Eleganter Papinianus scribit, statim atque commissio
 vest lex, statueret venditorem debere, utrum commis-
 sionem velit exercere, aut potius pretium petere, nec
 posse, si commissoria elegerit, postea variare: con-
 cordate? leg. 4. Cod. de pactis inter empt. Emptor autem
 non habet hanc libertatem eligendi, sed debet prestare
 id, quod venditor elegerit, arg. leg. 3. §. 4. ff. de lege com-
 missor. & ratio est clara, quia quod est introductum in
 favorem venditoris, eederet in eius odium, & damnum,
 quod iniquum est, leg. 46. §. final. ff. de fidei. lib. leg. 6.
 Cod. de legibus, & facti Regul. 61. Juris in 6. ibi: Quod
 ob gratiam alicuius conceditur, non est in eius dispendium
 retorquendum. (Ad rem leg. 38. §. 42. tit. 5. part. 5.)*

46 Pactum additionis in diem est pactum a contra-
 hentibus venditioni appositum ad hoc, ut liceat ven-
 ditori rem venditam denuo alteri emptori vendere, si in-
 tra certum tempus aliquis meliorem conditionem pro
 tali re offerat; *Est in re communitis; & desumitur ex
 l. 1. ff. de in diem addit. Dicitur, additio in diem, quia
 non statim addicitur, seu datur primo emptori irrevoc-
 abilitate, & perpetuo, sed in diem, id est ad certum
 tempus, intra quod si nullus emptor meliorem condi-
 tionem offerens appareat, addicitur tandem perpetuo, &
 irrevocabilitate. Ille autem consuetur offerre meliorem condi-
 tionem, qui offerat aliquid, quod ad majorem utilita-
 tem, & commoditatem venditoris pertineat; l. Quid-
 quid 5. ff. de in diem addit. Si venditione cum pacto ad-
 ditionis in diem celebrata, intra tempus determinatum,
 alius emptor meliorem conditionem offerat, ut eam ven-
 ditor acceptet, statim ipso jure abque ulla alia actio-
 ne res vendita iterum redit ad venditorem; leg. Si quis
 hac lege 41. in princip. ff. de rei vend. Et tunc debet
 emptor restituere venditori nedum ipsam rem, sed etiam
 omnes fructus interea ex illa perceptos, & accessiones,
 & commoda illius, l. Item 6. ff. de in diem addit. Pos-
 test tamen emptor deducere expensas, quas interea in
 rem necessario facit, & venditor tenetur eas ipsi com-
 pensare, leg. Imperator 16. ff. de in diem addit.*

52 Pactum additionis in diem non potest suum sortiri
 effectum, nisi concurrant sequentes conditiones. Prima
 est, ut vere, & sincere absque dolo, & simulatione
 ab alio emptore melior conditio offeratur venditori; al-
 ter si dolose simulata meliori oblata conditione aequali
 solum, vel minori pretio reipsa alteri venderetur, se-
 cunda venditio esset nulla, & dolosus venditor tene-
 retur ad omnia damna emptoris; l. Si venditor 14. ff.
 de in integrum diem addit. Secunda est, ut emptor primus
 noit ipse oblata meliorem conditionem prestare, vel
 adaequare, quia si prior emptor vellet prestare totum id,
 quod sincere offert alius, subsistet venditio; leg. Licet
 54 ff. de in diem addit. Tertia est, ut venditor oblata a se-
 cundo emptore meliorem conditionem reipsa acceptet,

quia si secundo huic emptori pro oblata meliori condi-
 tione rem vendit recuset, uti revera potest, ex leg.
 Sabinus 9. ff. de in diem addit. tunc subsistet prima
 emptio etiam invito primo emptore, cit. loc. Sabinus, nisi
 ipse primus emptor expresse conveniat cum venditore,
 ut sibi liceret restituere, meliori ei conditione oblata; cit.
 leg. Sabinus, quia ex Reg. 35. juris in 6. Contractus ex
 conventionem legem accipere dignoscuntur. Quarta est, ut
 infra diem, seu tempus additionis venditor non mori-
 riatur, vel si moriatur, adsit intra illud tempus haeres
 idoneus, cui melior conditio possit offerri; leg. Si praed-
 ius 14. ff. de in diem addit. (In praesentem materiam vi-
 deatur lex 40. & 41. tit. 5. part. 5.)

Actio empti competit emptori. Eaque petitur
 ut res vendita corporalis tradatur, incorporalis cedatur,
 vel alio simili modo ejus quasi traditio fiat, una cum
 fructibus perceptis a tempore venditionis, cum omni-
 bus accessionibus, aut pacto speciali comprehensis, aut
 ex generali natura emptiois soliti praestari. Clarissimus
 Voet in Comment. ad Pandect. lib. 19. tit. 1. a num. 4. ad
 plur. sequent. illustrioribus exemplis, quae accessionis
 jure in emptorem transire debeant, ostendit.

Actio venditi competit venditori. In id ea tendit, ut
 emptor pretium solvat, impensas restituat a venditore
 post venditionem factas, praestetque insuper omnia illa,
 quae vel ex speciali pacto appositae, vel emptiois na-
 tura praestari debent; potissime vero usuras ex mora,
 Idque quia aequum est, ut dum res frui emptor, usurae
 venditori cedant leg. 5. Cod. de action. empt.

Nec ab hac usurarum praestazione se ex eo sub-
 ducere potest emptor, quod ab imminente rei venditae
 ac traditae evulsionem, denegaverit solutionem pretii,
 aut venditor noluerit illud legitimo modo obtulatum ac-
 ceptare; quam his in casibus oportuisset illud con-
 signatum deponere, eo quod usurae pretii rerum ven-
 ditarum non ex consideratione morae ex persona per
 interpellationem introductae, sed propter conventionem,
 ad moram ex re debentur: ne scilicet emptor simul lu-
 cretur usuras pretii, & fructus rei, qualium usurarum
 cursus neutiquam sola sinitur oblatione, sed accedat
 oportet depositio; leg. 19. Cod. de usur. Carpov. Juris-
 prud. forens. part. 2. Constitut. 34. Definit. 38. Sande De-
 vis. Frisic. lib. 3. tit. 14. Definit. 8.

Queri hic solet, uter prior contractum implere de-
 beat, emptor an venditor. Facilis vero est responsio, ni-
 mirum, quod is qui agit sive emptor, sive venditor sit,
 prius ex latere suo implere, ac praestare debet omnia,
 ad quae praestanda ex contractu illo obstrictus est, ne
 alioquin per reum conventus exceptione contractus
 ex latere actoris necdum impleri, repellatur; leg. 13.
 §. 8. leg. 25. ff. de action. emptiois. & vend. leg. 25. leg. 27.
 adit. edit. §. leg. 25. Cod. de Eviction.

Et, quod notandum est, exceptio contractus non
 impleti ex parte actoris non a reo ipsam proponente,
 probanda est, sed ab actore ex contractu veluti imple-
 to agente, implementum probari debet. Et summa ra-
 tione. Totum enim Actoris fundamentum in contractu
 ex parte sua impleto consistit; necessario propterea
 implementum illud ab adversario negatum probare de-
 bet; Zanger. de exception. part. 3. cap. 22. num. 6. §. plur.
 sequent.

In quacumque vero Judicii parte actori si obijcia-
 tur exceptio contractus non impleti, liberum ei est im-
 pedimentum quantumvis offerre, atque hoc pacto effica-
 cem reddere suam, quae ab initio laborabat petitionem,
 arg. leg. 9. §. ult. ff. de pignorat. Actio. §. 1.

(In complementum hujus tractatus sollicite recog-
 noscendus venit titulus toties citat. 5. part. 5. septem &
 sexaginta leges comprehendens, absque eo quod omitta-
 tur perlectio glos. D. Gregor. Lopez, & expositio D. An-
 ton. Gom. tom. 2. cap. 2. per tot.; etiamquamente retine
 quae infra verb. Evictio, demonstrantur.)

ENERGUMENI. Vid. Irregularitas, art. 1. num. 12. &
 verb. Exorcista, num. 17.

EPICHEJA. Vid. verb. Lex, art. 5. a num. 41. ad 43.

EPHEPTICI. Vid. verb. Irregularitas, art. 1. num. 13.

EPIPHANIA DOMINI. Vid. verb. Magi.

EPISCOPATUS.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopatus probabilis est Ordo Sacramentalis realiter distinctus ab ordine presbyterali.
- 2 Hac nostra sententia deducitur ex pluribus sacris canonibus. Primo, ex cap. Requisivit 1. de Ordinatione ab Episcopo, qui renuntiavit episcopatu.
- 3 Secundo ex cap. Episcopus non ordinatur 7. cum aliis sequentibus dist. 23.
- 4 Tertio ex cap. Clericus 1. dist. 21. cap. Perlectis 1. dist. 25. cap. Omnium Sacerdotum 1. dist. 31. cap. Quia Sanctitas 16. dist. 50. &c.
- 5 Colligitur etiam ex Concilio Tridentino sess. 23. cap. 4. & can. 6. ejusdem Sessionis &c.
- 6 Probabilis est, materiam episcopatus aequatam esse manuum impositionem: Formam vero haec verba; Accipe Spiritum Sanctum. Et ostenditur prima pars.
- 7 Ostenditur secunda pars.
- 8 Episcopatus secundum aliquos fuit institutus quando cap. 21. Joannis Christus dixit Petro: Pasce oves meas. Alii autem probabiliter dicunt institutum fuisse cum sacerdotio.
- 9 Episcopatus probabilis conferri non potest eodem die cum presbyteratu.
- 10 Ordo episcopatus debet conferri die Dominico.
- 11 Adducitur episcopatum omnium orbis exacta notitia cum novissimis mutationibus, erectionibus, elevationibus, & unionibus factis.
- 12 Episcopatus, & archiepiscopatus ab hoc numero duodecimo usque ad numerum 138. non sumuntur, quia sunt satis compendiose, & summarie ibi relati.
- 13 Alii episcopatus novissime erecti, ex supplemento Auctoris, ad num. 146.

Episcopatus probabilis est Ordo Sacramentalis realiter distinctus ab Ordine presbyterali; Sic Hostiensis in cap. Cum contingat num. 6. de eta. & quali. quem ibi sequuntur Joann. Andr. Butr. Cardin. Ancharan. Abbas, & ceteri omnes Canonistae; Gloss. in proam. textu Decret. verb. Episcopus; Gloss. unic. in cap. Sollicitudo, & ibi etiam Praeposit. num. 4. dist. 12. Gloss. in Clementin. in plerisque, verb. Aliquid de election. Abbas in capit. Aqua, de consecration. eccles. vel altor. Butr. in cap. unic. de Cleric. per saltum promot. Praeposit. in cap. Cler. g. dist. 21. Fagnan. in cap. Requisivit 1. de Ordinatione ab Episcopo, qui renuntiavit episcopatu, & ibi Canonistae communiter teste Card. ibid. num. 1. Barbosa de offic. & potestat. Episcop. part. 2. allegat. 1. num. 18. ubi pro hac sententia citat plusquam 18. etiam ex Theologis, quos sequuntur alii moderniores cum La Croix lib. 5. part. 2. num. 2206. Henno tom. 2. tract. 7. de sacramento Ordinis quest. 3. conclus. 2. Aversa quest. 2. sect. 7. Illung. num. 18. aliique plures contra torrentem aliorum Theologorum. Et ratio est, quia episcopatus, ut a presbyteratu distinctus habet omnia requisita ad verum ordinem, verumque sacramentum novae legis. Est enim caeremonia sensibilibus, cum episcopatus physice consistet ex impositione manuum, & verbis, quibus vultur minister, dum Sacerdotem consecrat in Episcopum. Et talis caeremonia fuit instituta a Christo, cum hujus non legatur in ecclesia initium, semper enim, & ubique gentium servata fuit in Episcoporum consecratione manuum impositio, etiam ab ipsismet Apostolis, ut patet ex utraque epistola mox citanda D. Pauli Apostoli ad Timotheum; quod signum est a Christo descendere. Et per talem sensibilem caeremoniam confertur gratia sanctificans, ut expressit Apostolus in prima epistola ad Timoth. cap. 4. ibi: "Noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi, cum impositione manuum presbyteri;" & epist. 2. ad eund. c. 1. ibi: "Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quae est in te per impositionem manuum mearum;" quem duplicem

locum Chrysostomus, Theophylactus, & passim alii Patres intelligunt de manuum impositione, quam Paulus adhibuit, cum Timotheum ordinavit Episcopum; & Tridentina Synodus sess. 23. cap. 3. iisdem Pauli verbis utitur, ut probet ordinationem esse sacramentum; adeoque cum ea verba Paulus de episcopali ordinatione intellexerit, manifeste probant ipsum Episcopatum esse vere, ac proprie novae legis sacramentum distinctum a presbyteratu. Tum quia per episcopatum, ut episcopatum, confertur specialis potestas spiritualis, nempe confirmandi, conficiendi chrisma, ordinandi Sacerdotes, Diaconos &c. quae potestas non confertur per presbyterum; unde cum talis potestas valide conficiendi dicta sacramenta neque per Summum Pontificem possit ab Episcopis auferri, ex quo episcopalis ordinatio tamquam characteristica sit irrepetibilis, & indelebilis, stat evidenter, quod non sit potestas solius jurisdictionis, sed potestas Ordinis.

Hac nostra sententia deducitur ex pluribus sacris canonibus. Primo ex cap. Requisivit 1. de ordinatione ab Episcopo, qui renuntiavit episcopatu, ubi declaratur, quod ordinati scienter ad sacros ordines ab Episcopo, qui renuntiavit loco, & dignitati, ordinem accipiunt, licet officii executionem non habeant; quod non esset, nisi Episcopus indelebilem characterem haberet impressum, ut clare sentit Glossa communiter recepta in cit. cap. Requisivit, verb. Execution. Secundo in Concilio Carthaginensi IV. ubi praescribitur ritus observandus in singulis Ordinibus conferendis, & incipitur ab ordinatione Episcopi, ut patet in cap. Episcopus cum ordinatur 7. in cap. Presbyter cum ordinatur 8. cap. Diaconus cum ordinatur 11. cap. Subdiaconus cum ordinatur 15. cap. Acolythus cum ordinatur 16. cap. Exorcista cum ordinatur 17. cap. Lector cum ordinatur 18. cap. Ostiarius cum ordinatur 19. dist. 23. Qui canones sicut intelliguntur de Ordinatione Presbyteri, Diaconi, & aliorum, prout sunt sacramentum, eodem modo intelligendi sunt de Ordinatione Episcopi, cum per eademmet verba loquantur de Presbytero cum ordinatur, ac de Episcopo cum ordinatur. Et eo magis, quia si egissent de Ordinibus prout sunt officia, & gradus ecclesiastici, eodem modo debuissent praescribere ritum observandum in ordinatione Abbatis, Archiepiscopi, Primatis, & Patriarchae, ut recte notat ad litteram Fagnan. loc. cit. num. 43. Tertio ex cap. Clerus 1. dist. 21. cap. Perlectis 1. dist. 25. cap. Omnium Sacerdotum 1. dist. 31. cap. Quia Sanctitas 19. dist. 50. cap. Illud 1. dist. 77. cap. Diaconus 15. dist. 93. cap. Veritatis 4. de dolo, & contumacia. cap. Quorundam 1. de reformatione cap. Aqua 9. de consecrat. eccles. qui omnes canones cum aliis recte expenduntur pro nostra sententia a Fagnano loc. cit. a num. 34. ad 49. inclusive.

Colligitur etiam hac nostra sententia ex Concilio Tridentino sess. 23. cap. 4. adeoque oppositum tenere ut recte dicit Reiffenstuel lib. 1. decretal. tit. 11. num. 26. sit peticulum, siquidem Concilium Tridentinum ibi Episcopatum expresse inter Ordines connumerat, dum ait; docet insuper Sacrosancta Synodus in Ordinatione Episcoporum, Sacerdotum, & ceterorum Ordinum &c. quae verba satis clare innunt, Ordinem episcopalem non solum esse distinctum ab ordine sacerdotali, sed etiam esse sacramentum, sicuti est presbyteratus, & ceteri Ordines, ponderando illam distinctionem Ceterorum, quae ex propria significatione est implicitiva similium. Glossa in cap. Deinde 3. dist. 26. & ibi Geminan. & Praeposit. Glossa in cap. Et si illa 23. caus. 1. quest. 7. verb. Scienda sunt. Praesertim vero, quia in Canone 6. ejusdem sess. Sancta Synodus definit sacram Ordinationem vere, & proprie esse sacramentum a Christo Domino institutum; & pro sacra ordinatione intelligenda est ordinatio illa, de qua prius mentionem fecerat in d. cap. 4. videlicet Episcoporum, Sacerdotum, & ceterorum Ordinum. Sic egregie Fagnan. loc. cit. num. 47. & 48. qui a num. 68. ad 71. inclusive varias adducens, & Tridentinum laetius expendens concludit, constare ex divina institutione, seu jure divino ordinem episcopalem esse proprius distinctum ab Ordine presbyterali, adeoque dicen-

dum esse, quod non tantum partialiter, sed etiam integre distinguantur tamquam duo integri Ordines sacramentales.

6 Probabilis est, materiam episcopatus adequatam esse manuum impositionem, formam vero hæc verba Accipe Spiritum Sanctum. Prima pars conclusionis patet ex continua praxi ecclesie, tum latine, tum grece semper, & ubique adhibendi manuum impositionem in conferendo episcopatu, ut fecit Apostolus ordinando Episcopum, & alios ex citatis suis epistolis prima, & secunda ad Timotheum, & non semper, & ubique adhibendi traditionem annuli, & baculi pastoralis, impositionem libri evangeliorum super caput ordinandi, & unctionem ipsius, uti fit nunc apud Latinos; annulus enim, & baculus pastoralis non traditur apud Græcos; immo nec tradebatur apud Latinos seculo IV, quia Concilium IV. Carthaginense exponens ritum hujus ordinationis in cap. Episcopus cum ordinatur 7. dist. 23. nullam de illis mentionem facit. Sic impositio libri evangeliorum licet observata fuerit in Ecclesia Africana seculo quarto, cum illam referat dictum Concil. Carthaginense IV. loc. cit. primo tamen, secundo, & tertio seculo nondum adhibebatur, nullum enim est monumentum, quo id possit probari; Immo Alcuinus in lib. de divinis officiis scripto de anno 760. asserit caeremoniam illam non fuisse adhibitam ab Ecclesia Romana, sicut nec fuit adhibita à Germanis initio seculi IX. ut scribit Amalarius l. 2. de officiis ecclesiasticis cap. 4. Sic etiam unctio Episcopi, licet sit antiquissima utpote recensita à S. Leone serm. 8. de passione Domini, & à S. Gregorio Magno in cap. decimo primi libri Regum: non fuit tamen semper, & ubique in usu, utpote non memorata à supradicto Concilio Carthaginensi IV. in cit. cap. Episcopus cum ordinatur 7. dist. 23. nec à Conciliis Hispanicis celebratis ante septimum seculum, nec illam adhibent Græci. Præterea tamen non est tenendum, materiam episcopatus esse solam manuum impositionem; Fagnan. loc. cit. num. 57. La Croix loc. cit. num. 2148. & alii. Secunda pars conclusionis deducitur ex majori congruentia; quia nihil convenientius assignari potest pro forma episcopatus, quam verba ipsa prolata tempore applicationis materie; tempore autem applicationis materie profertur: Accipe Spiritum Sanctum; & non alia; Fagnan. loc. cit. num. 59. unde credibili est, D. Paulum ordinando Timotheum; illa verba adhibuisse, cum Concil. Trident. sess. 23. can. 4. sic dicat: Per Sacram Ordinationem dari Spiritum Sanctum, ac proinde Episcopum non frustra dicere: Accipe Spiritum Sanctum, & hoc præsertim colligat ex verbis Apostoli adhibitis in ordinatione Timothei in Episcopum.

(In ecclesia triumphanti Dominus Deus noster Angelorum ordines novem constituit: eorum singulis gradum, & inter eos superioritatem disposuit, atque ex munere, quod cui obigit, nomen indidit: ad cuius imaginem Clericorum æqualem numerum Sancti Patres in militante statu erunt, præcedentia animadvertitur, & secundum ea, quibus sunt devincti, sunt meriti vocari: hic ordinum gradus, primus Prima tonsura denominatur secundus Ortharatus: tertius Lectoratus: quartus Exorcistatus: quintus Acolytatus, sextus Subdiaconatus: septimus Diaconatus: octavus Presbyteratus: nonus Episcopatus; de his omnibus tit. 5. § 6. part. 1. pertractatur; hi novem ordines, ut sunt relati, in proemio hujus tituli numerantur. Ut melius perspicere valeant, multum proderit præ oculis habere quæ pag. 49. 213. 217. 225. lit. A, lit. B, pag. 72. lit. B, pag. 303. 304. 318. 319. atque inter alia lit. B, pag. 149. proponuntur, in addition. quæque novis. hisp.)

8 Episcopatus secundum aliquos fuit institutus quando Joan. cap. 21. vers. 18. Christus dixit Petro: Pasce oves meas, fuit enim Petrus primus Episcopus à Domino institutus, & quidem Episcopus universalis ecclesie per dicta verba: Pasce oves meas, ut scribit Fagnan. loc. cit. num. 45; adducens cap. Considerandum 53. § cap. Fidelior 55. dist. 50. cap. Significasti 4. de election. & Glossam in cap. In novo Testamento 2. dist. 21. Aversa tamen quest. 2. sect. 10. probabiliter dicit institutum

fuisse cum sacerdotio. Vide La Croix loc. cit. num. 2207. Episcopatus probabilis conferri non potest eodem die cum presbyteratu. Campaël. in divers. Juris canon. rub. 6. cap. 4. num. 5. Innocent. S. Antoninus, Suarez, Barbosa, Aversa, quos citat, & sequitur La Croix loc. cit. n. 2266. dicens, quod cum tam novus Sacerdos, quam novus Episcopus debeat celebrare cum Ordinate, saltem ex hoc capite fieri non posse; sed nostra vera ratio desumitur ex Concilio Tridentino prohibente conferri eodem die cum presbyteratu, cum Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 13. expresse prohibeat conferri eodem die duos sacros Ordines eodem die, ibi: Duo sacri ordines non eodem die etiam Regularibus conferantur, privilegium, ac invaliditas quibusvis concessis non obstantibus quibuscumque. 11 Ordo episcopatus debet conferri die Dominica; 10 Cap. Qui in aliquo 5. dist. 51. de Dominico consecratur, & concordat cap. Ordinatio. 1. § cap. Quod die Dominico 5. dist. 75.

Hic juvat adducere episcopatum omnium totius orbis novam & exactam notitiam traditam à Barbosa in offic. & potest. Episcop. part. 1. tit. 1. cap. 7. à Franc. de ecclesiis cathedralibus cap. 35. & præsertim à Graveson ad calcem Indicis generalis sue historie ecclesiasticæ, additis tamen mutationibus, erectionibus, unionibus, & elevationibus ex post secutis.

EPISCOPATUS, qui sunt sub summo Pontifice in districtu urbis, & à sex antiquioribus Sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus optantur.

Ostiensis, vulgo Ostia ad Decanum Sacri Collegii pertinens, cui unitus est Episcopatus Veliternus, vulgo Velitri, in Campania Romana, ditionis Ecclesiæ. Portuensis, vulgo Porto, prope Romam. Albanensis, vulgo Albano, prope Romam. Tusculanus, vulgo Frascati, prope Romam. Prænestinus, vulgo Palestrina, prope Romam. Sabinensis, vulgo La Sabina, prope Romam. Episcopatus alii, qui Summo Pontifici in provincia Romana immediate subjiciuntur.

In Campania Romana ditionis Ecclesiæ.

Tiburtnus, vulgo Trooli. Anagninus, vulgo Anagni. Segninus, vulgo Segni. Alatrinus, vulgo Alatri. Verulanus, vulgo Veroli. Terracinenis, vulgo Terracina, cui æque principaliter unita est Ecclesiæ Setia declarata cathedralis novissime à Benedicto XIII. anno 1725. tertio Kalendas Maii anno primo sui Pontificatus constituitur. incipient. Romanus Pontifex. Et ecclesiæ civitatis Prænestini declarata cathedralis ab eodem Benedicto XIII. anno secundo sui Pontificatus, quarto Idus Septembris 1725. Constituitur. incipient. Super universos.

Centumcellensis, vulgo Cività vecchia.

In provincia patrimonii ditionis Ecclesiæ.

Nepesinus, vulgo Nepi, & Sutrinus, vulgo Sutri, invicem uniti. Viterbiensis, vulgo Viterbo, & Tuscanensis, vulgo Torcanella, invicem uniti. Hortanus, vulgo Orta, & Civitatis Castellane, vulgo Città Castellana, invicem uniti. Lege librat à Cl. Abbate Justo Fontanini editum, de antiquitate Hortæ, Colonia Etruscorum. Cornetensis, vulgo Corneto, & Montisfalconis, vulgo Montefalcone, invicem uniti. Balneoregiansis, vulgo Bagnera. Urbetanus, vulgo Orvieto.

Aqui-

Aquipendens; & Aquapendens, vulgo Aquapendine. In Umbria ditionis Ecclesiæ.

15 Perusinus, vulgo Perugia. Spoletnus, vulgo Spoleto, & Mevanensis, vulgo Bevagna, uniti. Civitatis Castellæ, vulgo Città di Castello. Interamniensis, vulgo Terni. Narniensis, vulgo Narni. Amerinensis, vulgo Amelia. Tuderinus, vulgo Todi. Reatinus, vulgo Rieti. Fulginatensis, vulgo Feltino. Assisensis, vulgo Assisi. Nucerinus, vulgo Nocer. Aretinus, vulgo Arezzo in Tuscia.

In Marca Anconitana, ditionis Ecclesiæ.

16 Anconitanus, vulgo Ancona. Lauretanus, vulgo Loreto, & Recinatensis, vulgo Recanati, invicem uniti. Asulanus, vulgo Ascoli. Esinus, vulgo Jesi. Auximantus, vulgo Osimo. Camerinensis, vulgo Camerino; Cui æque principaliter unita est ecclesiæ S. Venantii Civitatis Fabriani erecta in Cathedrali à Benedicto XIII. 15. Novembris 1728. decret. incipient. Notarie constituta. Patensis, vulgo Fano, intra ducatum Urbinate. In regno Neapolitano.

17 Aquilanus, vulgo Asquilia. Sulmonensis, vulgo Sulmona, & Valvensis, vulgo Valterranus, invicem uniti. Civitatis ducalis, vulgo Città Ducale. Aprutinus, vulgo Teramo. Marsicanus, vulgo Marsi.

18 Archiepiscopatus, & episcopatus Italie, cum suis suffraganeis. Archiepiscopatus Pisani, vulgo Pisa in Hetruria, seu Tuscia, episcopatus suffraganei. Aleriensis, vulgo Aleria, in Corsica insula ditionis Genuensis. Adjacensis, vulgo Ajaccio in eadem Corsica insula. Sagoneis, vulgo Sagona in eadem Corsica insula. Lucensis, vulgo Lucca sui Juris, & ab ejus Jurisdictione immunitus. Novissime autem à Benedicto XIII. constit. incip. Inscrutabili, erectus est in Archiepiscopatum. Lunensis Sarzanensis, vulgo Lunig, à Sarzana, ditionis Genuensis, sed ab ejus Jurisdictione immunitus.

19 Archiepiscopatus Florentini, vulgo Fiorenza, episcopatus suffraganei in Hetruria, seu Tuscia, vulgo Toscana.

Fesulanus, vulgo Fiesoli. Pistoriensis, vulgo Pistoja, unitus cum episcopatu Prænestini, vulgo Prato.

Volaterranus, vulgo Volterra, ab ejus tamen Jurisdictione immunitus. Collensis, vulgo Colle.

Sancti Minias Teutonius, vulgo San Miniatto al Tesesco. Burgi Sancti Sepulcri, vulgo Borgo San Sepolcro. Montis Politiani, vulgo Monte Pulciano, ab ejus tamen Jurisdictione immunitus. Cortonenis, vulgo Cortona, sed ab ejus Jurisdictione immunitus.

20 Archiepiscopatus Seneris, vulgo Siena, episcopatus suffraganei in Hetruria.

Suavenis, vulgo Suana. Clusinus, vulgo Chiusi. Grossetanus, vulgo Grossetto. Massanensis, vulgo Massa.

Pientinus, vulgo Pienza, ab ejus tamen Jurisdictione immunitus.

Heinensis, vulgo Mont' Alcinò. Archiepiscopatus Firmani, vulgo Fermo, in Marchia 21 Anconitana, ditionis Ecclesiæ, episcopatus suffraganei.

Maceratensis, vulgo Macerata, unitus cum episcopatu 22 Tolentino, vulgo Tolentino.

Ripanus, vulgo Ripa Transonata. Montis-Alti, vulgo Montalto. Sancti Severini, vulgo San Severino.

Archiepiscopatus Urbinatensis, vulgo Urbino, in ducatu Urbinate, ditionis Ecclesiæ, Episcopi suffraganei.

Calliensis, vulgo Capri. Foro-Sempronensis, vulgo Forosibronese. Feretransis, vulgo Monte Feltra. Pisuriansis, vulgo Pistoria.

Urbanensis, vulgo Urbania, unitus cum episcopatu S. Angeli in Vado, vulgo Sant' Angelo in Vado. Archiepiscopatus Ravennatensis, vulgo Ravenna in Romanidola, ditionis Ecclesiæ, episcopatus suffraganei.

Hadriensis, vulgo Adria, cujus sedes Rhodigit; in ditione Venetæ.

Ariminensis, vulgo Rimini. Bertinoriensis, vulgo Bertinoro. Cerviensis, vulgo Cervia.

Catenanensis, vulgo Catenza. Comacensis, vulgo Comacchio. Faventinus, vulgo Faleria.

Perrariensis, vulgo Ferrara. Sed hic episcopatus exemptus est à metropolitano jure ecclesiæ Ravennatensis, & fuit resolutum à Congregatione trium Sanctæ R. E. Cardinalium, & 14. Episcoporum deputata à Synodo Romana die 27. Maii 1752. adversus quam resolutionem à tota Synodo Congregatione habita die 25. ejusdem mensis, denegata fuit nova audientia; Et ex post erectus est in Archiepiscopatum anno 1735. à Clemente XII. constit. incip. Paterna Pontifici.

Imolensis, vulgo Imola. Forliviensis, vulgo Forlì. Sarsinensis, vulgo Sarsina.

Archiepiscopatus Bononiensis, vulgo Bologna in ditione 24 Ecclesiæ, episcopatus suffraganei.

Parmensis, vulgo Parma, in ditione Ducis Parmensis. Placentinus, vulgo Piacenza, in ditione Ducis Parmensis. Burgi S. Domini, vulgo Borgo San-Domino, in ditione Ducis Parmensis.

Regiensi, vulgo Reggio, in ditione Ducis Mutinensis. Mutinensis, vulgo Modena, in ditione Ducis Mutinensis. Cremonensis, vulgo Crema, in ditione Reipublicæ Venetæ. Archiepiscopatus Genuensis, vulgo Genova, in ora, & 25 ditione Genuensi, episcopatus suffraganei.

Albiganensis, vulgo Albenga. Naulensis, vulgo Noli. Brugnatenis, vulgo Brugnato. Nebiensis, vulgo Nèbio, in Corsica insula.

Marianensis, vulgo Mariana, in Corsica insula, unitus cum episcopatu Acciensis, vulgo Aci in insula italis dem Corsica.

Bobiensis, vulgo Bobio, in ducatu Mediolanensi. Archiepiscopatus Taurinensis, vulgo Torino, in Pedemontio, episcopatus suffraganei.

Eporediensis, vulgo Ivrea. Montis Regalis, vulgo Mondovì. Salutiatum, vulgo Saluzzo. Fossinensis, vulgo Fossano.

Binatoliensis, vulgo Pinardo, novissime erectus à Benedicto XIV. anno 1748. constit. incip. Sacrosancta. Archiepiscopatus Mediolanensis, vulgo Milano, in ducatu Mediolanensi, episcopatus suffraganei.

Cremonensis, vulgo Cremona. Novariensis, vulgo Novara. Laudensis, vulgo Lodi. Alexandrinus, vulgo Alexandria. Dertonensis, vulgo Tortona.

Vi-

Vigevanensis, vulgo *Vigevano*.
 Ticinensis, seu Papiensis, vulgo *Pavia*, sed ab eius jurisdictione immunis; etenim Benedictus XIV. huic episcopatu perpetuo univit archiepiscopatum Amasensem, & subdidit immediate Sedi Apostolicæ, etiam quoad causarum appellationes, & absolvit episcopum ab obligatione sibi eligendi Metropolitanum. Plura de hac re vide infra *verb.* Episcopus, *ari. 7. num. 52. & 53.*
 Bergomensis, vulgo *Bergamo*, in ditone Venetæ.
 Brixieps, vulgo *Brescia*, in ditone Venetæ.
 Albensis, vulgo *Alba*, in ditone Ducis Sabaudie.
 Astensis, vulgo *Asti*, in ditone Ducis Sabaudie.
 Vercellensis, vulgo *Vercelli*, in ditone Ducis Sabaudie.
 Aquensis, vulgo *Aqui*, in ducatu Montis Ferrati.
 Casalensis, vulgo *Casale*, in ducatu Montis Ferrati.
 Savonensis, vulgo *Savona*, in ora, & ditone Reipublice Genensis.
 Viniimiliensis, vulgo *Vinimiglia*, in ora, & ditone Reipublice Genensis.
 28 Patriarchatus Aquilejensis, vulgo *Aquileja*, in foro Julio, extinctus à Benedicto XIV.
 Archiepiscopus Utinensis, vulgo *Udine*, erecti ab eodem Pontifice anno 1752. Episcopi suffraganei.
 Patavinus, vulgo *Padova*, in dominio Venetæ Reipublice.
 Vicentinus, vulgo *Vicenza*, in dominio ejusdem Reipublice Venetæ.
 Veronensis, vulgo *Verona*, in dominio itidem Reipublice Venetæ.
 Tarvisinus, vulgo *Treviso*, in dominio Venetæ Reipublice.
 Cenetensis, vulgo *Ceneda*.
 Bellunensis, vulgo *Belluno*, in dominio Reipublice Venetæ.
 Feltrinus, vulgo *Feltre*, in dominio Reipublice Venetæ.
 Concordiensis, vulgo *Concordia*, in dominio Reipublice Venetæ.
 Justinopolitanus, vulgo *Capo d'Istria*, in dominio Venetæ Reipublice.
 Oemoniensis, vulgo *Città Nuova*, in dominio Venetæ Reipublice.
 Parentinus, vulgo *Parento*, in dominio Reipublice Venetæ.
 Polensis, vulgo *Pola*, in dominio Reipublice Venetæ.
 Archiepiscopus Goritensis, vulgo *Gorizia*, item à Benedicto XIV. anno 1752. erecti, Episcopi suffraganei.
 Tridentinus, vulgo *Trento*, in ditone Imperatoris.
 Comensis, vulgo *Como*, in ducatu Mediolanensi.
 Targinus, vulgo *Trieste*, in ditone Imperatoris.
 Mantuanus, vulgo *Mantova*, ab ejus jurisdictione exemptus in ditone Ducis Mantuani.
 Petinensis, vulgo *Pedana*, in ditone Imperatoris.
 29 Labacensis, vulgo *Laubach*, in Carniola ab ejus jurisdictione immunis.
 Patriarchatus Veneti, vulgo *Venezia*, in ditone Reipublice Venetæ episcopatus suffraganei.
 Clodiensis, vulgo *Chioggia*.
 Torcellanus, vulgo *Torcello*.
 Caprarum, vulgo *Caorle*.
 30 In regno Neapolitano Archiepiscopus Neapolitani, vulgo *Napoli*, in provincia Laboris, episcopatus suffraganei.
 Puteolanus, vulgo *Pozzuolo*.
 Nolanus, vulgo *Nola*.
 Acerrarum, vulgo *Acerra*.
 Isclanus, vulgo *Iscia*.
 Aversanus, vulgo *Aversa*, sed ab ejus jurisdictione immunis.
 31 Archiepiscopus Capuani, vulgo *Capua*, in provincia Laboris, episcopatus suffraganei.
 Teanensis, vulgo *Tiano*.
 Calvensis, vulgo *Calvi*.
 Casertanus, vulgo *Caserta*.
 Calatinus, vulgo *Cajazzo*.
 Carinolis, vulgo *Carinola*.
 Iserniensis, vulgo *Iernia*.
 Suessanus, vulgo *Suessa*.

Aquitanensis, vulgo *Aquino*, ab ejus jurisdictione exemptus, cui æque principaliter est in perpetuum unita Ecclesia Pontis Curvi, seu Fregellarum declarata Cathedralis novissime à Benedicto XIII. constituta. *incip. in excelsa.*
 Archiepiscopus Salernitani, vulgo *Salerno*, in principatu citeriori, Episcopi suffraganei.
 Campaniensis, vulgo *Campagna*, cui unitus est episcopatus Satrianensis.
 Caputaquensis, vulgo *Copaccio*.
 Policastrens, vulgo *Policastro*.
 Nuscanus, vulgo *Nusco*.
 Sarnensis, vulgo *Sarno*.
 Marsicensis, vulgo *Marsico*.
 Nucernus, vulgo *Nocera degli Pagani*.
 Acernensis, vulgo *Acerno*.
 Cavensis, vulgo *la Casa*, sed ab ejus jurisdictione exemptus.
 Archiepiscopus Amalphitani, vulgo *Amalfi*, in principatu citeriori, episcopatus suffraganei.
 Litterensis, vulgo *Lettore*.
 Capritanus, vulgo *Capri*.
 Minorensis, vulgo *Minori*.
 Scalensis, vulgo *Scala*, unitus cum episcopatu Ravellensi, vulgo *Ravello*, qui tamen ab ejus jurisdictione est exemptus.
 Archiepiscopus Surrentini, vulgo *Sorrento*, in provincia Laboris, episcopatus suffraganei.
 Yicanus Equensis, vulgo *Vico*.
 Massensis, & Massalubrens, vulgo *Marsa*.
 Castimaris, vulgo *Castel à mare*.
 Archiepiscopus Compiani, vulgo *Conza*, in principatu alteriori, episcopatus suffraganei.
 Muranus, vulgo *Muro*, in Basilicata Provincia.
 Satrianensis, vulgo *Satriano*, unitus episcopatu Campaniensis, in principatu Citeriori.
 Laquedonensis, vulgo *Lacedogna*, in principatu Ulteriori.
 Sancti Angeli Longobardorum, vulgo *S. Angelo de Lombardi*, in principatu Ulteriori, & unitus cum episcopatu Bisaccensi, vulgo *Bisaccia*, in eodem principatu.
 Montis viridis, vulgo *Monte verde*, unitus archiepiscopatu Nazareno, in eodem principatu.
 Archiepiscopus Acheruntini, vulgo *Acerenza*, episcopatus suffraganei.
 Venusinus, vulgo *Venosa*.
 Anglonensis, vulgo *Anglona*, sive *Turii*.
 Potentinus, vulgo *Potenza*.
 Gravinensis, vulgo *Gravina*.
 Tricaricensis, vulgo *Tricarico*.
 Montis Pilosi, vulgo *Monte Peloro*, sed ab ejus jurisdictione exemptus.
 Melphiensis, vulgo *Melfi*, unitus cum episcopatu Rapollensi, vulgo *Rapolla*, & ab ejus jurisdictione exemptus.
 Archiepiscopus Tarentini, vulgo *Taranto*, in provincia Hydruntina, vulgo *Otranto*, episcopatus suffraganei.
 Motulensis, vulgo *Motula*.
 Castellansis, vulgo *Castellaneta*.
 Urinatus, vulgo *Oria*.
 Archiepiscopus Brundusini, vulgo *Brindisi*, in provincia Hydruntina, episcopatus suffraganeus.
 Ostunensis, vulgo *Ostuni*.
 Archiepiscopus Hydruntini, vulgo *Otranto*, in provincia Hydruntina, Episcopi suffraganei.
 Castrens, vulgo *Castro*.
 Gallipolitanus, vulgo *Gallipoli*.
 Ugentinus, vulgo *Ugento*.
 Aletiensis, vulgo *Lecca*.
 Alessensis, vulgo *Alessano*.
 Neritonensis, vulgo *Nardò*, sed ab ejus jurisdictione immunis.
 Archiepiscopus Barensis, vulgo *Bari*, in provincia Barensi, episcopatus suffraganei.
 Bituntinus, vulgo *Bitonto*.
 Juvenacensis, vulgo *Giovanazzo*, cui æque principaliter

ter est in perpetuum unita Ecclesia Teritensis declarata Cathedralis à Benedicto XIV. anno 1749. constituta. *incipi. Unigenitus.*
 Melphitensis, vulgo *Molfetta*, sed ab ejus jurisdictione immunis.
 Ruvenis, vulgo *Ruvo*.
 Convesanensis, vulgo *Conversano*.
 Minerbiensis, vulgo *Minervino*.
 Monopolitanus, vulgo *Monopoli*, sed ab ejus jurisdictione immunis.
 Bituntinus, vulgo *Bitetto*.
 Polignanensis, vulgo *Polignano*.
 Lavellensis, vulgo *Lavello*.
 Cararensis, vulgo *Carate*, in Dalmatia, & ditone Venetæ.
 41 Archiepiscopus Tranensis, vulgo *Trani*, in provincia Barensi, episcopatus suffraganei.
 Vigiliensis, vulgo *Bireglia*.
 Andrianensis, vulgo *Andria*.
 42 Archiepiscopus Nazarenus in oppido Barulo vulgo *Barletta*, nullum habet episcopatum suffraganeum, sed ei unitus est episcopatus Montis Viridis. Est autem Archiepiscopus Nazarenus in provincia Barensi.
 43 Archiepiscopus Sipontini, vulgo *Manfredonia*, in Capitanata provincia, episcopatus suffraganei.
 Vestanensis, vulgo *Vieste*.
 Trojanensis, vulgo *Troja*, sed ab ejus jurisdictione exemptus.
 44 Archiepiscopus Lancianensis, vulgo *Lanciano*, in Aprutio, nullus habet episcopatus suffraganeos.
 45 Archiepiscopus Theatini, vulgo *Chieti*, in Aprutio, Episcopi suffraganei.
 Adriensis, vulgo *Atri*, & Pennensis, vulgo *la Penna*, invicem uniti, & ab ejus jurisdictione exempti.
 Orthonensis, vulgo *Ortona*, unitus cum episcopatu Campaniensis, vulgo *Campoli*.
 46 Archiepiscopus Beneventani, vulgo *Benevento*, in principatu alteriori, & ditonis Ecclesie, episcopatus suffraganei.
 Asulanus, vulgo *Arosi de Puglia*. Hic episcopatus diversus est ab episcopatu Asulanus, qui est in Piceno Suburbicario, seu in Marchia Anconitana, ditonis Ecclesie.
 Telesinus, vulgo *Telete*.
 Sanctæ Agathe Gothorum, vulgo *San' Agata de' Gori*.
 Anglonensis, vulgo *Monte Marano*.
 Avellinensis, vulgo *Avellino*, unitus cum episcopatu Frequentino, vulgo *Frigento*.
 Aranensis, vulgo *Ariano*.
 Trevicensis, vulgo *Vico della Baronìa*.
 Triventinus, vulgo *Trivento*, sed ab ejus jurisdictione immunis.
 Bojanensis, vulgo *Bajano*.
 Bovinensis, vulgo *Bovino*.
 Vulturariensis, vulgo *la Vulturara*.
 Latinensis, vulgo *Larino*.
 Thermanum, vulgo *Ternoli*.
 Lucernus, vulgo *Lucera*.
 Guardiensis, vulgo *Guardia Alfiera*.
 Sancti Severi, vulgo *San Severo*.
 47 Archiepiscopus Rossanensis, vulgo *Rossano*, in Calabria citeriori, nullum habet episcopatum suffraganeum, & episcopatus Bisinianensis, vulgo *Bisignano*, ab ejus jurisdictione est exemptus.
 48 Archiepiscopus Consentini, vulgo *Cosenza*, in Calabria citeriore, episcopatus suffraganei.
 Marturanensis, vulgo *Marturano*.
 Sancti Marci, vulgo *San Marco*, sed ab ejus jurisdictione immunis.
 Melitenensis, vulgo *Milato*, sed ab ejus jurisdictione immunis.
 Cassanensis, vulgo *Cassano*, sed ab ejus jurisdictione exemptus.
 49 Archiepiscopus Sanctæ Severinæ, vulgo *Santa Severina* in Calabria alteriori, episcopatus suffraganei.
 Umbriatensis, vulgo *Umbriatico*.

Belcastrens, vulgo *Belcastro*.
 Strongulensis, vulgo *Strongoli*.
 Insulanus, vulgo *Isola*.
 Gerunianus, vulgo *Cerenza*, unitus cum episcopatu Cariatiensi, vulgo *Cariati*.
 Archiepiscopus Rheginensis, vulgo *Reggio*, in Calabria alteriori, episcopatus suffraganei.
 Catacensis, vulgo *Catanaro*.
 Crotonensis, vulgo *Crotona*.
 Tropejensis, vulgo *Tropea*.
 Oppidensis, vulgo *Oppido*.
 Nicoterensis, vulgo *Nicotera*.
 Neocastrens, vulgo *Nicastro*.
 Hieracensis, vulgo *Geraci*.
 Squillacensis, vulgo *Squillace*.
 Bovensis, vulgo *Bova*.
 Archiepiscopus in Sicilia Insula, Archiepiscopus Paenormitani, vulgo *Palermo*, episcopatus suffraganei.
 Agrigentinus, vulgo *Grigenti*.
 Mazariensis, vulgo *Mazara*.
 Melitensis, vulgo *Malta*, in insula Melitensi.
 Archiepiscopus Messanensis, vulgo *Messina*, episcopatus suffraganei.
 Cephaludensis, vulgo *Cefalù*.
 Pacinensis, vulgo *Paci*.
 Liparensis, vulgo *Lipari*.
 Archiepiscopus Montis Regalis, vulgo *Monreale*, episcopatus suffraganei.
 Catanensis, vulgo *Catania*.
 Syracusanus, vulgo *Syracusa*.
 Archiepiscopus in Sardinia insula.
 Archiepiscopus Calaritanus, vulgo *Cagliari*, unicum habet episcopatum suffraganeum, videlicet *Sulcis tanensem*; vulgo *Villa d'Inglesas*, qui etiam archiepiscopatu est unitus.
 Archiepiscopus Arborensis, vulgo *Oriстано*, unicum habet episcopatum suffraganeum, scilicet *Vallentem*, seu *Leisanum* vulgo *Alezas*.
 Archiepiscopus Turritani, vulgo *Sassari*, episcopatus suffraganei.
 Alghariensis, vulgo *Algher*.
 Bosanensis, vulgo *Bosa*.
 Amburiensis, vulgo *Castell' Aragonese*.
